

Testamenti nuncupativi eadem ferè requi-  
sita sunt & solennitas, nisi quod viva voce testa-  
toris absq[ue] scripto sit ordinatum, ita ut ex nun-  
cupatione existat & valeat. (a)

(a) § ult. Inst. h. P. Gregor. lib. 42. c. 5. n. 7. in f. Quem adm. enim  
scriptum a sine & intentione testatoris, utrum ex scripto valere velit nec  
ne, a nuncupato discernitur: ita vicissim nuncupativum ab illo. Sic hodie  
si testator coram testibus & Notario heredem nuncupat & Notarium  
rogat, ut hanc ultimam voluntatem in scripturam redigat: illud testa-  
mentum dicitur nuncupativum. Tunc enim scriptura non tam ob rei  
formam & substantiam quàm memoriam & probationem facta intelli-  
gitur. Reusn. 3. de test. c. ult. n. 12. Sed hic quaritur: Utrum ad al-  
terius interrogationem testamentum factum valeat? Negat  
post alios Bronch. 2. misc. 9. propter textum l. jubemus 29. C. de testam.  
& l. hac consultissima 21. § per nuncupationem 3. C. eod. Hinc Forma  
date esse rei nec sine rei vitio omitti potest l. Julianus 9. § sed si quis 3. D.  
ad Exhib. Sed in nuncupativo heredis nomen lingua testatoris propria  
coram testibus debet nuncupari. Contrà Com. Dd. sententia receptum  
est, valere hoc testamentum, quod annuendo vel tantum re-  
spondendo per affirmativam particulam factum est ad alterius  
interrogationem Clar. 5. recept. sent. § testam. q. 27. n. 3. 4. & seqq.  
Wes. conf. 29. n. 18. eò quod nò minus ille nuncupet quid velit, qui ad  
interrogata respondet, quàm qui ipse omnia solus loquitur: ut ita texti-  
bus juris hoc ipso satisfiat, qui argent pronunciationem heredis proprio  
ore a testatore debere fieri. Nos ab hac opinione haud abhorremus si  
omnis cesset fraudis suspicio, quoad ipsum qui interrogat: & præterea  
interrogatus sit satis potens omnia animi sui sensa proferre. Nam si per  
infirmitatem testator nequeat palam nuncupare heredem, sed interro-  
ganti annuat: annon interrogans in hoc erit suspectus? Imò nò præsumi-  
tur à testatore quid factum esse animo testandi, sed potius morbi mo-  
lestia & interrogantis tedio vel per impotentiam respondisse aut annu-  
isse: uti declarat pulcrè Covarr. ad c. cum ibi X. de testam. Hac etiam  
dere plura Menoch. 2. arbb. Jud. qq. cas. 97. n. 4. qui putat relinquen-  
dum